

Zeitschrift: Taschenbücher der Historischen Gesellschaft des Kantons Aargau

Herausgeber: Historische Gesellschaft des Kantons Aargau

Band: - (1900)

Artikel: Jean Mabillons Schweizerreise

Autor: [s.n.]

Anhang: Joh. Mabillon an Abt Placidus Zur-laubem in Muri (1705)

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-109865>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Siehe Rechtliche Hinweise.

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. Voir Informations légales.

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. See Legal notice.

Download PDF: 17.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Beilage.

Joh. Mabillon an Abt Placidus Bur-Lauben
in Muri (1705).

Reverendissime pater colendissime domine.

Non sine magna volūptate accepi litteras r(everendissi)mae dominationis suaे, quibus me ad fulciendam nostrorum Petriburgensium causam hortatur. Jam huic officio scriptis litteris, sed nondum missis satisfeceram. Absque hoc grande mihi ad hoc praestandum fuisse epistola tua, quae mihi gratissima et jucundissima fuit, revocanti in memoriam quanta cum humanitate ante annos viginti duos in vestro Murensi monasterio accepti fuimus, et a r(everendo) patre Placido, nunc reverendissimo abbate recreati, vicem identidem supplente reverendissimi bonae memoriae Hieronymi tunc abbatis, a quo non sine lacrymis recessimus. Sed de his hactenus. Quod attinet ad rem quam postulas, scribo hoc de negotio ad nostros Petriburgenses, non ita fuse forsitan et accurate quam optarent. Verum continuatione nostrorum annalium eorumdemque impressione necnon variis subinde negotiis et litteris adeo distrahor et distringor, ut homini septuagenarium annum jam praetergresso vix respirare liceat. Excusatum me habebunt, uti spero, optimi patres, et conatum saltem meum aequi bonique consulent: maxime cum penes se habeant duos libellos a me antehac editos de praecedentia patrum nostrorum

in comitiis Burgundiae super canonicos regulares, qui nostris antequam possessionem cedere coacti sunt.¹ Certe nullum puto in tota Gallia esse locum, ubi nostri canonicos regulares non praecedant. Quod superest, precor Deum optimum maximum ut suam reverendissimam paternitatem diu incolumem cum suis omnibus servet, meque toti vestro per celebri coetui commendatum esse percupio, eiusque precibus adjuvari ad felicem ex hoc mundo transitum. Ita rogo et obsecro

reverendissime pater ac domine
addictissimus et obseq(entissimus)

Fr. Johannes Mabillon O. S. B.

Dieser im Jahre 1705 an Abt Placidus Zur-Lauben von Muri gerichtete Brief befindet sich auf der aargauischen Kantonsbibliothek (Autographensammlung sub M.)

¹ a) Réponse des religieux Bénédictins de la province de Bourgogne, à un écrit des chanoines réguliers de la même province, touchant la presséance dans les Etats. 4^o. Paris, 1687.

b) Réplique des religieux Bénédictins de la province de Bourgogne, au second écrit des chanoines réguliers de la même province. 4^o. Paris, 1687. Beide Schriften wurden vom Bibliothekar P. Herm. Schenk ins Lateinische übersetzt.

